

1577. Ex. MS. Archi. Radivici N. 2. v.

Petrus Tomiczki Episcopus Vicecan-
cellarius. Joanni de Tarnow Patricio
Polono.

329

Generose domine amice et frater charissi-
me, Scribit mihi dominatio vestra pleros-
que notabiles se isthic ad veniendum
huc pro ea necessitate Majestatis Regiae,
et quod illa nollet pariter abesse ab
hoc obsequio, utcumque hactenus par-
vam sui rationem Majestatis suae ex-
porta. Si mecum adit consilium, ego
compertum habeo Majestatem suam o-
ptare ut omnes tales iniquiores ma-
nerent domi ad praesidium regni, cum
valde remitter sit defensio Reipublicae
constituta; tamen si vestra dominatio
huc veniet, erit proculdubio grata suae
Majestati. De fortuna vero non est cur
adeo queratur, cum sit in eo gradu con-
stituta, quo facile ad locum Majorum
suorum accedere possit, quae res tamen
obsequiis et meritis facilius et digni-
us comparatur. Bene valeat vestra domi-
natio, et me diligat.

